Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

omnia considerandum, cujusmodi ante persecutionem fuerit; qualiter martyrius quidem ac benignus erga famulos Dei; neque enim ullus superiorum Principum -- tanta humanitate ac benevolentia nostros complexus est, quantum ille professerebat initio principatus sui. Vid. Reschius sec. III Ann. Sabion. §13.

52) Eutropius Hist. l. 9.

53) Eusebius l. 7 c. 10. Orosius l. 7, c. 22. Eutropius l. 9.

54) Orosius l. 7, c. 22. Sozomenus Hist. eccl. l. 2, c. 6.

55) Hi plura hinc comprobanda veniunt. I. Cassianus aliquis Sabione ad Isarcum amnem Christum prediavit. Id ~~probat cultus, cujus initium ignoratur, certe Carolo III antiquior~~ probant tabulae Brixinenses; quarum tres allegat Reschius Annal. Sabion. sec. IV, §1. [N. II. S. Cassianus fuit Sabionensis Episcopus. In antiquissimis scriptis et monumentis Brixinensibus vocatur Pater, Apostolus, Sacerdos; Episcopus et Martyr in tabula Monasterii Georgiimontanii in Arnivalle: qua recenseatur Reliquias a Conrado Episcopo Brixinensi in altari recens consecrato reconditas / S. Cassiani Episcopi et Martyris, S. Ingenuini, S. Albuini Episcopi etc. Plura alia vide apud Reschium ibidem §2. Auctores vero antiquiores, Cassiano Episcopatum Sabionensem afferentes, sunt / Bartholomaeus Tridentinus in Passionali Sanctorum; Petrus Calo ex seculo XIV, Petrus de Natalibus ex seculo XV; et deinceps fere omnes. Quos inter Cas. Sigonius Hist. Bonon. Baronius in notis Martyrol. ad Id. Aug. Bollandus ad Nov. Febr. Hundius Metrop. ~~Salz~~ Salzb. Radems in Bav. S. Brunnerus Annal. Boic. part. 1. Meichelbeckius Hist. Frising. / Roschmannus ex professo in Vindiciis S. Cassiani Episcopi Sabionensis. ~~Demetrius Stroppl. Burglehner, et Brandtfirz~~ interque ~~de~~ ~~cl. Reschius in Annal. Sabion. qui argumentum quod opponi solet, breviter solidegne dissolvit contrariaque potissimum nonnisi negativa sunt, et in silentio Prudentii, Ennodii, Gregorii Turonensis, Petri Damiani et Martyrologiorum fundantur, breviter~~ expedite dissolvit. Quamvis ipse ~~clare se nunquam explicuerit, an S. Cassianus, Episcopus fuerit~~ dubitare videatur, an S. Cassianus, ceterique usque ad S. Ingenuinum fuerint Ordinarii Sabionis, an Legionarii Episcopi Latiens.

[Roschmannus in Vindiciis S. Cassiani Episcopi Sabionensis contra Tartarottum, probat cultum ejusdem Sancti ~~d~~ Sabione et Brixina vigentem ab initio seculi ~~XIII~~ saltem, et quidem talem ~~cultum~~; ut non tanquam Patronus Ecclesiae primarius, sed tanquam inter SS. Episcopos primus cultus fuerit, licet expresse non appellatur Episcopus: quam in rem idem auctor affert instrumenta satis multa, citat vero alia quamplurima, quae in tabulario Brixinensi viderit atque excerpserit. Vide ad c. VIII Addit. 75.

/ anno 1204:

/ ex seculo XIII.

[Schmidus in Tirol. Ehreng.